Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

discernit / sicut si sano homini praeceptum dedisse ne languorem incurreret /
dixisse in paradiso hoc manducа & hoc noli. Audiuit sanus medici praeceptum
ut non caderet. audiat ut ægrotus ut surgat; Ego dixi dne miserere mei sana
animam meam quia peccaui tibi; In factis meis. In peccatis meis. Non accuso fortunam /
Non dico hoc mihi fecit fatum. Non dico adulterum fecit uenus. & latronem fecit
mars. & auarum fecit saturnus; Ego dixi dne miserere mei sana anima
mea quia peccaui tibi; Numquid caput illud nrm sine peccato. Nũquid ille
quia aqua non tracpuit exsoluebat. Nũquid ille solus in mostuis liber. Liber
enim in mostuis. quia sine peccato; Quia omnis qui facit peccatũ. seruus est. pti /
Nũquid ergo ipse. Immo ipse ex membris suis. quia uox membrorũ ipsius.
uox ipsius; Quia & uox capitis nri. uox nostra; In illo enim eramus quando
dix. Tristis est anima mea usq: ad mortem; Non enim timebat mori.
quia uenerat mori; Aut recusabat mori. qui potestatem habebat ponendi
animam suam. & potestatem habebat iterum sumendi eam; sed loquebatur
membra in capite & loquebatur caput pro membris; In illo enim eramus
cũ dix; Deus meus deus meus ut quid me dereliquisti; In ipso enim psalmo ubi in capite
hic uersus est. et consequenter dicatur. uerba delictorũ meorũ. In illo nisi quia
uelut homo mortuus simul crucifixus est. cũ illo ut euacuaretur corpus peccati.
& ut ne non seruiamus peccato; Nos illũ & in illo dicamus; Ego dixi dne miserere
mei sana anima mea quia peccaui tibi; Inimici mei dixerunt mala mihi quando
moriatur & peribit nomen eius; Iam ista dicimus. & hinc coepimus / & ut alia
dicamus non opus est iterare quod tam recenti sermone in pressum est auribus
& cordibus uestris; Et ingrediebantur ut uiderent. / quod patitur ecclesia.
quod passum est caput / patiantur membra; Numquid enim seruus maior est
domino suo. / aut iste populus supra magistrum; sime inquit persecuti sunt & uos
persequentur; Si patrem familias bel zebub uocauerunt. quanto magis do
mesticos eius; Ingrediebantur ut uiderent. Iudas ille erat ad caput nrm;
Ingrediebatur ut uideret. id est ut exploraret; Nũ habere quod ordere &
sed ut inueniret quod prodere; Ecce ingrediebatur ut uideret illũ. & hoc
exemplũ in capite nro propositum est. quid illa membra post adsumptionem
capitis nri / non ne dicit apostolus propter subintroductos falsos fres / qui subintro
ierunt postulare libertatem nrm; Ergo & isti ingrediebantur ut uiderent;
sunt enim hypocritae simulatores mali / adiungentes se recta caritate / cap
tantes omnes motus. omnia uerba eorũ / In omnib: laqueos inquirentes / et quod
illis fit. uidere & quod sequitur; Ua ad locutus est eos eorũ. id est loquuntur
In illo ergo uocem nrm inuenimus. sana animam meam quia peccaui tibi.

v. quorũ delic torum